(9) Et dixi [illegible], a, a, Domine Deus; ecce nescio loqui, quia puer ego sum. *Jerem.* 1. *v.* 6.

(10) Ut in numero 8. marginali.

(11) Miser factus sum, & curvatus sum usque in finem: tota die contristatus ingrediebar. *Ps.* 37. *v.* 7.

(12) Non esset erga se sicut heri, & nudiustertius. *Genes.* 31. *v.* 2.

(13) Afflictus sum, & humiliatus sum nimis; rugiebam à gemitu cordis mei. *Ps.* 37. *v.* 9.

(14) Amaritudine valdè replevit me Omnipotens. *Ruth. c.* 1. *v.* 20.

(15) Ecce in pace amaritudo mea amarissima. *Isai. c.* 38. *v.* 17.

(16) Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. *Ps.* 37. *v.* 6.

Quia

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(17) Quia non ..pis ea, quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum. *Math.* 16. *v.* 23.

(18) Sapiens es, sicut habet sapientiam Angelus Dei. 2. *Reg. c.* 14. *v.* 20.

(19) Quoniam non cognovi literaturam. *Ps.* 70. *v.* 15.

(20) Ad nihilum redactus sum, & nescivi. *Ps.* 72. *v.* 22.

(21) Ecce dedi verba mea in ore tuo. *Jerem.* 1. *v.* 9.

(22) Et dixi a, a, a, Domine Deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum. *Jerem.* 1. *v.* 6.

(23) Proficiebam in Judaismo suprà multos coætaneos meos in genere meo. *B. Paul. ad Galat. c.* 1. *v.* 14.

(24) Et exaltent eum in Ecclesia Plebis: & in Cathedra seniorum laudent eum. *Ps.* 106. *v.* 32.

(25) Et homo, cùm in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis. *Ps.* 48. *v.* 13.

(26) Ut jumentum factus sum apud te: & ego semper tecum. *Ps.* 72. *v.* 23.

(27) Et substantia mea tamquàm nihilum ante te. *Ps.* 38. *v.* 6.

(28) Unum opus feci, & omnes miramini. *Joann.* 7. ..21.

(29) Quomodo hic litteras scit, cùm non didicerit? *Joann.* 7. *v.* 15.

(30) Viri Israelitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute, aùt potestate fecerimus hunc ambulare. *Actor.* 3. *v.* 12.

(31) Non ego autèm, sed gratia Dei mecum. 1. *Corinth.* 15. *v.* 10.

(32) Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? *Luc.* 24. *v.* 38.

(33) Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob, Deus Patrum nostrorum glorificavit filium suum Jesum. *Actor.* 3. v. 13.

(34) Cùm sim pulvis, & cinis. *Genes.* 18. *v.* 27.

(35) Venite, audite, & narrabo, omnes, qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ. *Ps.* 65. *v.* 16.

(36) Ut minus sapiens dico. 2. *Corinth.* 11. *v.* 23.

(37) Mihi omnium Sanctorum minimo data est gratia hæc, in Gentibus evangelizare investigabil.. divitia.. Christi. *Ephes.* 3. *v.* 8.

..on

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(38) Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. 2. *Corinth.* v. 5.

(39) Meà doctrina non est mea, sed ejus, qui misit me. *Joan.* 7. v. 16.

(40) Verba, quæ ego loquor vobis, à me ipso non loquor. *Joan.* 14. v. 10.

(41) Ecce dedi verba mea in ore tuo. *Jerem.* c. 1. v. 9.

(42) Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. *Math.* 10. v. 19.

(43) Si autem gratia, jam non ex operibus: alioquin gratia, jam non est gratia. *Rom.* 11. v. 6.

(44) Si gloriari oportet: quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor. 2. *Corinth.* 11. v. 30.

(45) Habemus autèm thesaurum istum in vasis fictilibus: ut sublimitas sit virtutis Dei, & no ex nobis. 2. *Corinth.* 4. v. 7.

(46) Si gloriari oportet (non expedit quidem) 2. *Corinth.* 12. v. 1.

(47) Libentèr igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ùt inhabitet in me virtus Christi. 2 *Inth.* 12. v. 9.

(48) Nam, & si voluero gloriari, non ero insipiens: veritatem enim dicam: parco autem, ne quis me existimet suprà id, quod videt in me, aut aliquid audit ex me. 2. *Corinth.* 12. v. 6.

(49) Factus sum velut æs sonans, aut cimbalum tinniens. 1. *Corinth.* 13. v. 1.

(50) Et sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis. 1. *Corinth.* 2. v. 4.

(51) Nos autèm prædicamus Christum crucifixum. 1. *Corinth.* 1. v. 23. & *Cap.* 2. v. 2.

(52) Veni non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, annuntians vobis testimonium Christi. 1. *Corinth.* 2. v. 1.

(53) Non enim judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum. 1. *Corinth.* 2. v. 2.

(54) Nos stulti propter Christum; vos autèm prudentes in Christo: nos infirmi; vos autèm fortes:

vos

(c) 2007 Ministerio de Cultura

vos ...iles ; non autèm ignobiles. 1. *Corinth.* 4. *v.* 10.

(55) Ego autèm non quæro gloriam meam: est qui quærat, & judicet. *Joann.* 8. *v.* 50.

(56) Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est. *Joann.* 8. *v.* 54

(57) Regi autem sæculorum immortali, invisibili, soli Deo, honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen. 1. *Thimot.* 1. *v.* 17.

(58) Numquid in dispersionem Gentium iturus est, & docturus Gentes? *Joann.* 7. *v.* 35.

(59) Citò proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum ejus. *Luc.* 15. *v.* 22.

(60) Numquid non filius Jemini ego sum, de minima tribu Israel, & cognatio mea novissima intèr omnes familias de tribu Benjamin? quare ergo locutus es mihi sermonem istum? *Reg.* 9. 21.

(61) Et ecce motus magnus factus est in mari, ità ut navicula operiretur fluctibus. *Math.* 8. *v.* 24.

(62) Magna est velut mare contritio tua. *Thren.* 2. *v.* 13.

(63) Videns verò ventum validum, timuit: *Matth.* 14. *v.* 40.

(64) Et cum cæpisset mergi, clamavit dicens: domine, salvum me fac. *Math.* 14. *v.* 30.

(65) Pius & misericors est Deus. *Eccli.* 2. *v.* 13. & 2. *Corint.* 1. *v.* 3. & S. *Hieronymus in vita Paul. Erem.*

(66) Et exaudivit de Templo Sancto suo vocem meam. *Ps.* 17. *v.* 7.

(67) Non est oblitus clamorem pauperum. *Ps.* 9. *vv.* 13. & 19.

(68) Audivit Dominus, & misertus est mei: dominus factus est adjutor meus. *Ps.* 29. *v.* 11.

(69) Imperavit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna. *Math.* 8. *v.* 26.

(70) Et reversus est spiritus ejus, & surrexit. *Luc.* 3. *v.* 55.

(71) Spiritus meus attenuabitur. *Job.* 17. *v.* 1.

(72) Ponet in pulvere os suum. *Thren.* 3. *v.* 29.

(73) Elevavitque vocem cum fletu. *Genes.* 45 *v.* 2.

(74) Dignus est Ag...s, qui

(c) 2007 Ministerio de Cultura

qui occisus est, accipere virtutem, & Divinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. *Apoc.* 5. *v.* 12.

(75) Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat, & sublevat.

Suscitat de pulvere egenum, & de stercore elevat pauperem: ut sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. 1. *Reg.* 2. *vv.* 7. *&* 8. *& Ps.* 112. *vv.* 6. *&* 7.

(76) Quoniam non cognovi litteraturam, Introibo in potentias Domini: Domine, memorabor justitiæ tuæ solius. *Ps.* 70. *vv.* 15. *&* 16.

(77) Fidelis Dominus in omnibus verbis suis: & Sanctus in omnibus operibus suis.

Justus Dominus in omnibus viis suis: & sanctus in omnibus operibus suis. *Ps.* 144. *vv.* 13. *&* 17.

(78) Magnus Dominus, & laudabilis nimis. 1. *Paralipom.* 16. *v.* 25. *& Ps.* 47. *v.* 2. *& Ps.* 95. *v.* 4.

(79) Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti. *Sapient.* 11. *v.* 21.

(80) Non nobis, Domine, non nobis; sed nomini tuo da gloriam. *Ps.* 113. *v.* 1.

(81) Comes peregrinationis nostræ. 2. *Corinth.* *v.* 19.

(82) Non enim melior sum fratribus meis. 1. *Machab.* 13. *v.* 5.

(83) Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. *Luc.* 3. *v.* 8.

(84) Sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas. *Sapient.* 10. *v.* 21.

(85) Tu scis improperium meum, & confussionem meam, & reverentiam meam. *Ps.* 68. *v.* 20.

(86) Et dominabitur à mari usque ad mare: & à flumine usque ad terminos orbis terrarum. *Ps.* 71. *v.* 8.

(87) A solis ortu usque ad occasum, laudabile nomen Domini. *Ps.* 112. *v.* 3.

(88) Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Judæam, & Capadociam, Pontum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphiliam, Ægyptum, & partes Libiæ, quæ est circa Cyrenem, & advenæ Romani, Judæi

(c) 2007 Ministerio de Cultura

. [illegible] quoque, & Proselyti, Cretes, & Arabes. *Actor.* 2. *vv.* 9. 10. 11.

(89) Propter Sion non tacebo, & propter Jerusalem non quiescam. *Isai.* 62. *v.* 1.

(90) Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? *Ps.* 15. *v.* 3.

(91) Quid possumus dare viro isti sancto:::: ? quam mercedem dabimus ei? aut quid dignum poterit esse beneficijs ejus?

Me duxit, & reduxit::::: uxorem ipse me habere fecit, :::: gaudium parentibus ejus fecit, ::::: & bonis omnibus per eum repleti sumus. *Tob.* 12. *vv.* 1. 2. 3.

(92) Argentum, & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do. *Actor.* 3. *v.* 6.

(93) Sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Det tibi Deus de rore cœli & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini. Et serviant tibi Populi, & adorent te Tribus: esto dominus fratrum tuorum, & incurventur ante te filii matris tuæ: qui maledixerit tibi, sit ille maledictus; & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. *Genes.* 27. *vv.* 27. 28. 29.

(94) Deus patris tui erit adjutor tuus, & omnipotens benedicet tibi, benedictionibus cœli de super, benedictionibus abyssi jacentis deorsum. *Genes.* 49. *v.* 25.

(95) Benedicta es tu filia à Domino deo excelso. *Judith.* 13. *v.* 23.

(96) Non recedat laus tua de ore hominum. *Judith.* 13. *v.* 25.

(97) Exaudiat te dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Jacob. Mittat tibi auxilium de sancto: & de Sion tueatur te. Memor sit omnis sacrificii tui: & holocaustum tuum pingue fiat. Tribuat tibi secundùm cor tuum: & omne consilium tuum confirmet:::: Impleat dominus omnes petitiones tuas. *Ps.* 19. *vv.* 1. 2. 3. 4. 5. 7.

(98) Nec vos deserat in tempore malo. 2. *Mach.* 1. *cap.* 5.

(99) Facite vobis cor novum, & spiritum novum. *Ezech.* 18. *v.* 31.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(100) Spiritum rectum innova in visceribus meis. *Ps.* 50. *v.* 11.

(101) Ut cognoscas eum, & faciatis ejus voluntatem. 2. *Machab.* 1. *v.* 3.

(102) Fiat voluntas tua, sicut in Cœlo, & in terra. *Math.* 6. *v.* 10.

(103) S. Greg. Mag. homil. 9. in Evang.

(104) S. Hilar. Comm. in Math. cap. 16.

(105) Et cum apparuerit princeps Pastorum, percipietis immarcessibilem gloriæ coronam. 1. *Petr.* c. 5. *v.* 4.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

✠ ✠

RAZONAMIENTO,

QUE A DIEZ DE Febrero de mil setecientos ochenta y dos, hizo el Padre Fray Diego Josef de Cadiz, Capuchino humildisimo, y Misionero Apostolico, presente el Illmo. y Reverendisimo Señor Don Agustin Rubin de Cevallos, dignisimo Obispo de Jaèn, à la noble, y distinguida Universidad de Baeza, porque le graduò de Maestro, y Doctor.

ALLOCUTIO,

FACTA A PATRE Fr. Didaco Josepho Gaditano, humillimo Capuccino, & Missionario Apostolico in alma, insignique Biacensi Universitate, pro collatione Graduum Magisterii, & Doctoratûs, die decima Februarii anni millesimi septingentesimi octogesimi secundi, præsente Illmo. ac Rmo. Dño. Dño. Augustino Rubin de Cevallos, dignisimo Episcopo Giennensi.

EL Señor empobrece, y enriquece al hombre: le humilla, y le ensalza: saca de entre el polvo al menesteroso, y de entre el estiercol al pobre; y lo sube à tomar asiento entre los grandes. Hoi puntualmente, (Señor Illmo, Doctores, Padres, y Maestros sapientisimos, y dueños mios respetabilisimos, y por el cerco todo de la tierra afamadisimos) hoi, digo, se ha cumplido puntualmente à vuestra vista ese Ora-

DOMINUS pauperem facit, & ditat: humiliat, & sublevat: suscitat de pulvere egenum, & de stercore elevat pauperem; ut sedeat cum principibus. Hodie utique (Illustrissime Domine, Doctores, Patres, & Magistri sapientissimi, ac Domini mei colendissimi, toto orbe supra modum conspicui) hodie, inquam, utique impleta est hæc scriptura in ocalis vestris. Pauper nanque sum ego, &

(c) 2007 Ministerio de Cultura

Oraculo en mi ruin persona: que criada desde luego en trabajos, y reparando ademas, que en la Divina presencia, y aun en comparacion de qualquiera criatura, mayormente respecto de vosotros, esclarecidisimos Padres, viene à ser, qual si no fuese; hundese, abismase, azorase, viendose engrandecida. Porque el soberano Dios, que del limo, ù barro de la tierra, recienhecha de la nada misma, amasò, y trazò al hombre, echandole en la cara aliento de vida, de que resultò cabal en cuerpo, y alma: me sacò à mì del sucio, escaso, y abatido polvo, que me cubria; y escogiendome como por saeta, pusome fuera de su aljaba, para que flechando, con la vida y espiritu de su palabra, las almas para èl muertas por la culpa, les diese tal muerte, que lograsen por ella revivir à la gracia. Con que yacìa yo en el muladar de mis maldades, rayendome, con la teja de mi fragilidad, y pequeñez, la podre, que manaban las apostemas de mis pasiones: quando aquel, que como

& in laboribus à juventute mea; exaltatus autem, humiliatus sum, & conturbatus: quia substantia mea tanquam nihilum ante Deum, & ante omnem ejus creaturam, præsertim ante vos, præclarissimi Patres. Dominus enim Deus, qui de limo terræ, & de nihilo, plasmavit, & fecit hominem, & inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ, ut factus esset homo in animam viventem: ipse de sordido, exiguo, & abjecto pulvere levavit me, & posuit me quasi sagittam electam; ac de phàretra sua eduxit me, ut animas, illi mortuas, vitâ & spiritu verbi sui vivificarem, & vivas, mortuas facerem, vitali morte, peccato. In sterquilinio insuper mearum jacebam iniquitatum, ubi saniem plagarum mearum passionum testâ radebam fragilitatis, & pusilitatis meæ: cùm ille, qui de stercore erigit pauperem, ut sedeat cum principibus, cum principibus populi sui, me, sicut alterum Saul, sedere

he

fecit

(c) 2007 Ministerio de Cultura

he dicho, levanta del polvo al pobre, para hacerle lugar entre los primeros, y los primeros de su pueblo mismo; hàceme sentar, como à otro Saul, en medio de sus Profetas, Doctores, y Maestros, no por merecimientos que yo tubiese, sino por mera benevolencia suya, mera inclinacion de su Misericordia.

Digan pues ahora, quantos temen al Señor: diga ahora Israel: diga ahora la casa de Aaron: en fin los pueblos, las provincias, las naciones todas alcen aquì el grito maravilladas, y digan: ¿què es esto? ¡Entre los Profetas Saul! ¿de quando acà? Bien que me replicarèis con el simil, de que asi, como à mì me honrais, debe ser honrado, al que desea honrar el Monarca. (Inmortal, se entiende, è invisible.) Pero, Padres, y Señores mios, amadisimos, de espacio: y reparad primero, à quien tributais todo ese honor. No es verdad, que à otro Nabal necio? A otra pollina de Balaan? A otro Mayordomo desleal, y malvado? Ojalà no pasàra ello asì à los ojos de

fecit inter Prophetas, Doctores, & Magistros suos, non meis meritis, sed sola dignatione misericordiæ suæ.

Dicant nunc, qui timent Dominum: dicat nunc Israel: dicat nunc domus Aaron: dicant denique omnes populi, tribus, & linguæ: manhu? (Quid est hoc?) Num & Saul inter Prophetas? Sed utique dicetis mihi hanc similitudinem: sic honorari debet, quemcumque Rex (immortalis, & invisibilis) honorare desiderat. Sistite, Patres, & domini mei dilectissimi; & videte, cui honorem præstatis. Cui? Nonne stolido Nabali? Asinæ Balaami? Iniquitatis villico? Utinam non sic res se haberet coram Domino! Vidi; & miratus sum, & sequentibus me, dixi: non inveni tantam fidem in

Israel,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

de Dios! Por fin yo ..., yo me admirè, yo dixe à los que me seguian: en Israel, quiero decir, en toda nuestra Andalucìa, no ne tocado fé semejante. Porque vi, tanto al pasar, como al entrar despues en este pueblo, salirme al encuentro chicos, y grandes, jovenes, doncellas, ancianos, niños, la Ciudad toda conmovida, y clamando, quien es éste? quien es éste? Y yo en tanto, amarguisima el alma, hablaba entre mi, preguntando calladamente à las turbas: y bien, què haveis salido à ver en despoblado? Una caña, traqueada del viento? Eso, eso mismo: y, plegue à Dios, no cascada tambien! Pero vosotros, porque me visteis hacer una sola cosa, que os admirò à todos, no sosegais, sino buelta à vocear, quièn es éste? Sois amantes de la verdad? Quereis oirla? Pues la dirè en una palabra: *Antipoda soi del Redentor.* Y honrais esto? Ay de mi! Ay de mi!

De que os maravillais, ò Israelitas, ò Principes, y ancianos del pueblo? ni à què mirarme tan atentamente,

Israel, in universa Ecclesia nostra: cùm & ad transitum, & deinde ad ingressum meum in populum istum, egressi sunt pusilli, & magni, juvenes, & virgines, senes cum junioribus, commotaque est, ut occurreret mihi, universa civitas, dicens: quis est hic? Sed ego in amaritudine animæ meæ interrogabam ad turbas, & loquens absque verbis, ajebam in silentio: quid exîstis in desertum videre? Arundinem, vento agitatam? Utique, utique: & utinam non conquassatam! Quis est hic? adhuc quæritis inter vos; quoniam unum opus feci, & omnes miramini. Verum amatis? Noscere vultis? Verbo veritatis dicam: *Antipoda sum Redemptoris*: & hunc honoratis? Heu me! Heu me!

Quid miramini, viri Israelitæ, Principes populi, & seniores? aut in me quid intuemini, quasi mea vir-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

mente como si por virtud, y facultad mia propria, hubiera formado yo esa palabra, que os ha manifestado el Señor? Vamos, què veis en mi, para que os vengais con todas esas demostraciones? Es virtud, ò imagen de virtud siquiera, que corresponda à la santidad del Señor? Debido, merecido, justo fuera: pero desdichado de mi! que no hai sanidad en mi carne, ni paz en mis huesos, à la vista de mis culpas; que han subido por cima de mi cabeza, oprimiendome, qual pesada carga, y multiplicandose sobre mis cabellos, hasta desampararme mi proprio corazon: de suerte que recelaba antes, y recelo todavia, de todas mis obras, aun las virtuosas; porque bueno, de Dios abajo, ninguno. Siendo pues yo aun de ese modo, y en ese sentido malo; para què trabajais en valde, criaturas? Si me lavára, hasta quedar, como la nieve; y resplandecieran, de puro limpias, y aseadas, mis manos; todavia pareciera tinto en suciedad, y abominarian de mi mis vestidos: porque mis

virtute, aut potestate, fecerim hoc verbum, quod Dominus ostendit vobis? Quid in me, inquam, intuemini, ut & vos ista faciatis? Virtutem, sive virtutis imaginem, respondentem ad sanctitatem Domini? Debitum, dignum, & justum erat: sed heu! non est sanitas in carne mea, non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum: iniquitates quidem meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus grave gravatæ sunt super me: multiplicatæ sunt super capillos capitis mei, & cor meum de reliquit me: verebar, & vereor omnia opera mea, etiam bona; quia nemo bonus, nisi solus Deus. Si autem & sic impius sum; quare frustrâ laboratis? Si lotus fuero quasi aquis nivis; & fulserint, velut mundissimæ, manus meæ; tamen sordibus intinctus ero; & abominabuntur me vestimenta mea: quoniam qu si pannus menstruatæ universæ justitiæ meæ; oculos enim

habeo,

(c) 2007 Ministerio de Cultura

mis bondades todas son, habeo, plenos inces. bilis
qual paño de muger mens- delicti.
truosa; y me brotan sin ce-
sar por los ojos los delitos.

Què admirais, digo, en Quid, inquam, mira-
mi? Què? Sabiduria? Pero mini? Sapientiam? Sed
donde està esa; ni de don- ubi, & unde hæc? Annon
de me ha venido? Por ven- cognoscitis, quod quasi
tura no veis, que me he stultus factus sum inter vos
portado en esta parte, qual in hac parte? Non enim
tonto, entre vosotros; sin judicavi, nec judico, me
juzgar, ni haver juzgado, scire aliquid inter vos, nisi
que sè mas, que à Jesu- Jesum-Christum, & hunc
Christo, y este Crucifica- crucifixum. Utique ut ju-
do? Sin duda que parezco mentum factus sum apud
en la presencia de mi Dios, Deum meum, & apud
y la vuestra, un jumento; vos; putrueruntque circa-
y se me han enconado, y trices meæ à facie insipien-
afistolado mis llagas, à vis- tiæ meæ: ideo humiliatus
ta de mi necedad, dexan- sum, & incurvatus usque
dome humillado, y dobla- in finem. Quid denique mi-
do hasta lo ultimo. Ea, què ramini? Bonitatem, virtu-
es lo que en mì os admira? tem, & sapientiam, me
Acabad. Es la bondad, el mittentis ad vos: qui, ut
poder, la sabiduria, del que mirabilis, & sanctus, po-
me ha embiado à vosotros: tens, ac metuendus nimis
que para mostrarse en sus in omnibus operibus suis
obras todas admirable, san- appareat; infirma mundi,
to, poderoso, y temible en & ignobilia, & contemp-
extremo; escoge lo flaco, tibilia eligit, & ea, quæ
vil, y despreciable del mun- non sunt, ut non glorie-
do, y aun lo que es nada, tur omnis caro in conspec-
para que no blasòne delan- tu ejus? Si ita est, ut fir-
te del carne ninguna, esto miter credo, benè dicitis,
es, de los mortales nadie & meliùs facitis: suavis est
se le gloríe? Si es eso, co-
mo creo yo firmemente que enim

(c) 2007 Ministerio de Cultura

que es, decis bien, y haceis mejor todavia: porque el Señor es suave con todos; y entre todas sus obras campean sus piedades: y porque èl es, como lo llevo repetido, quien hace pobres, y ricos, abisma, y encumbra, y toma del polvo, y laceria, en que se halla, al necesitado, y lo sube, y sienta entre los mas sobresalientes, y que hacen mas viso. Por tanto es acreedor à ser honrado, glorificado, bendito, por su poder, Divinidad, Sabiduria, y Fortaleza; y à nadie, sino à èl solo, es debido el homenage, y tributo de toda honra, y gloria.

Bendicion pues, y gloria, y agradecimiento, y honor perpetuo à nuestro Dios sabio, poderoso, fuerte, por todos sus beneficios, tantos, y tan grandes: y à vosotros despues, nobilisimos Señores, Padres, y Maestros mios venerabilisimos, rindo gracias; y os deseo el favor del Altisimo por esta rara, y grandisima piedad, dignacion, y benevolencia, con que me haveis querido poner en vuestro numero, sin repa-

enim Dominus universis, & miserationes ejus super omnia opera ejus: ipse est enim, qui pauperem facit, & ditat, humiliat, & sublevat, suscitat de pulvere egenum, & de stercore elevat pauperem, ut sedeat cum principibus. Ideo dignus est accipere virtutem, & divinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem: soli nanque Deo, & non nobis, tribui debet omnis honor, & gloria.

Benedictio igitur sit, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum, pro universis, tot, tantisque beneficiis suis. Vobis deinde gratias ago, præclarissimi Dñi, Patres, & Magistri mei colendissimi: quibus favea Deus, pro hac vestra eximia, maximaque pietate, dignatione, ac benevolentia, quâ me miserum, pauperem, & abjectum pulverem, in ves-

(c) 2007 Ministerio de Cultura

rar qué soi miserable, y pobre, y desechado polvo. Què es esto? clamare yo tambien: Saul entre Profetas! Alabado sea mi Señor, y bendito su Nombre eternamente! Y vosotros, Doctores, y Bienhechores mios sapientisimos, benditos seais del excelso, y soberano Dios sobre los hombres todos de la tierra, por esa misericordia, y bondad, de que haveis usado con vuestro siervo Saul, que os galardonarà de contado su Magestad misericordiosa, y fielmente: y yo de mi parte os agradecerè esta merced, que me haveis hecho, dexando mi corazon, alma, y voluntad toda con y entre vosotros, en señal, y prenda de mi reconocimiento: y ofrecerè además tres veces el Sacrosanto Sacrificio de la Misa, con la intencion de que os sea cada dia mas favorable el Señor; y os dè gracia, y vida eterna, para poder reynar à su lado en el Cielo. Y por fin la gracia de nuestro Señor Jesu-Christo, y la caridad de Dios, y la comunicacion del Espiritu Santo sea con todos vosotros. Si, si: sea, sea.

ACABE.

vestrum voluistis numerum computare. Quid est hoc? clamabo & ego: num & Saul inter Prophetas! Laudetur Dominus meus: sit Nomen ejus benedictum in sæcula! Et vos, Doctores, & Benefactores mei sapientissimi, benedicti sitis à Domino Deo excelso, præ omnibus hominibus super terram; quia fecistis misericordiam, & bonitatem hanc cum famulo isto vestro Saul: & nunc retribuet vobis quidem Dominus misericordiam, & veritatem: sed & ego reddam gratiam, eò quòd fecistis verbum istud: cor meum anima mea, & tota voluntas mea, apud vos manebit, ac inter vos semper erit, in signum gratitudinis meæ. Ter insuper Sacrosanctum Missæ Sacrificium offeram, ut Dominus Deus meus repropitietur vobis posthac; atque retribuat gratiam, & vitam æternam, ut cum eo regnare possitis in Cœlo. Gratia denique Domini nostri Jesu-Christi, & charitas Dei, & communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Fiat, fiat: amen, amen.

DIXI.

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura

(c) 2007 Ministerio de Cultura



© 2007 Ministerio de Cultura

SERMONES
DELPADRE
CADIZ

5 7/1
8 7/1